



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis  
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118537**

§. 38. Pontificis diploma ad Franciæ regem in favorem Baronis de Oppeda.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](#)

**Sæc. XVI.** jam antea Rupipotus hujus Regis no-  
**A.C. 1550** mine die vigesima quinta Aprilis ibi-  
 dem fuisse exceptus, postquam Angli  
 ducenta illa aureorum millia recepe-  
 rant. His ita peractis ambo Reges in  
 plenæ amicitiæ testimonium vicissimi se  
 Ordinum suorum insignibus honorabant,  
 quinimo ipsem et summus Pontifex hac  
 de re datis ad Scotiæ Reginam literis

*Raynald. hoc* suam testabatur lætitiam ob pacem cum  
*ann. n. 29.* Anglis prospere firmatam, eidemque  
*Extat inter* *Brevia Julii* de amplissimis gratulabatur commodis,  
*III. P. p. 23.* quæ ex generoso Galliæ Regis patroci-  
 nio in eam redundarunt.

### §. XXXVIII.

#### *Pontificis diploma ad Franciæ Regem in favorem Baronis de Oppeda.*

*Raynald. l.c.* Aliud insuper Diploma idem Pontifex  
*n. 26.* die vigesima octava Julii hoc anno  
*29. Jul. II. 1. 2.* Roma ad Henricum II. Franciæ Regem  
*Brev. p. 309.* transmisit, eo fine, ut eidem caussam  
 Joannis Maynerii Baronis de Oppeda  
 commendaret; cum enim hic vir lon-  
 gius in carcere a Gallis detineretur, ac  
 quarto jam anno hujus caussæ discus-  
 sio differretur, hinc Pontifex, ut judi-  
 cii acta maturarentur, præsens diplo-  
 ma ad Regem direxit; cuius tenor est  
 sequens: *Cum nuper intellexerimus nobi-  
 lem Virum Joannem Maynerium Baronem  
 loci*

loci Oppidæ Cavallicensis Diœcesis in Ave-Sæcul. XVI.  
nionensi Comitatu, vasallum nostrum in car- A.C. 1550.  
ceribus jam diu detineri, & coram cæteris  
officialibus tui Regni molestari: Nos atten-  
dentes, quod Paulus Prædecessor, & Fran-  
ciscus Rex, hac tanquam ad honorem Dei,  
& pro conservatione suæ fidei Catholi-  
cæ fieri permisissent, Majestatem tuam  
Regiam his nostris literis rogamus, &  
hortamur, ut intuitu ejusdem Religionis,  
& ne, si quæ adhuc in nostris partibus su-  
persint, Hæreticorum reliquiae ex molestiis  
eidem Joanni illatis sibi gloriam comparent,  
Officialibus tuis prædictis mandes, ne eun-  
dem Joannem occasione expeditionis loci de  
Caprii hujusmodi, & quorumcunque in  
illa gestorum in persona, vel bonis quomo-  
dolibet molestare præsumant, quinimo eum  
statim liberum dimittant; rem enim nobis,  
qui 'oc summopere cupimus, gratissimam  
præstabis: plura super hoc referet noster a-  
gud te Nuntius, cui plenam fidem adhibere  
poteris. Nihilominus hoc negotium non-  
nisi anno sequenti exitum fortiebatur.

### §. XXXIX.

#### *Alia ejusdem Papæ Diplomata ad va- rios Principes.*

Eodem hoc anno Domini millesimo Rayn. n. 36.  
quingentesimo quinquagesimo idem 39. 43. &c.  
summus Pontifex alia adhuc diploma-

N 5

ta

